Amplissime Magistratus!

Domini mihi singulariter colendissimi!

Praesentibus A: Magistratui humillimè supplicare praesumo, ut mihi exercitium Iuris quaestus à Georgio Hop gremiali Inhabitatore actu Korzianam Domum in arenda servante emptione mediante recepti gratiosè admittere dignetur ex subsequis Rationibus:

Quod me hisce declarem me nunquam merces ad ulnam distrahibiles servaturum.

Quod Genitor meus Ius mercatus à Perillustri Domino Senatore Demetrovics receptum ad suos reliquos filios extendere haud intendat, sed pro semper huic favori renunciet.

Quod per gratiosè indulgendam in gremio Civitatis hujus fornicis adaperitionem non multiplicentur fornices, sed per aliud Individuum jam praeexistens fornix administretur duntaxat; siquidem in locum suprafati Hop infrascriptus quaestum exercerem.

Ex his motivis eo pro Superpondio addito, quod Genitor meus à multis annis in hac Civitate degens omnia imposita onera alacri tulerit animò, et per fatale ante aliquot annos in sua vicinia exortum incendium ad tenuem Rerum suarum Statum redactus nullum planè filiis suis succurrendi possideat medium; dignetur A: Magistratus gratiosè decernere, ut mihi infraserto non novum, sed quoad personalem administrationem tantùm mutatum liceat erigere mercatum.

Amplissimi Magistratus

Zomborini die 7a Decembris 798.

humillimus Servus
Lazarus Stein
gremialis Quaestoris
Francisci Stein filius

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР
IAS
ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 287
Телефон: +381 25 416 292

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 287
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Praes. die 7a Xbris 798

~~Decretum~~ [illegible]

Cum Gremialibus eam Praecipuis
Quam et Rhatholicis Mercato
ribus Co [illegible] communicari; qua
tenus intra Terminum quindenalem Responsionem Suam Exhi
bere noverint. In Sessione Zom
bor Die 21a Xbris 798.

Per Jacobum Sallossevich Not.

Ad

Amplissimum Liberae Regiaeq.
Cittis Zomboriensis Magi
stratum, Dominos peculiariter co
lendissimos

dd. 9o Jan. 799. No 22.

humillima Instantia

Lazari Stein gremialis Quaestory Fr.
Stein filii

Exhibita Die 22 Xbris 798.

Nus 1471.

ratione [illegible]
799.